



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


**Chronologia Brevis, Ab Orbe condito, vsque ad annum  
Domini M.DC.XIII**


**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**


**Colonia Agrippina, 1613**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65414)








H 1  
29

Th. 5021.





# CHRONOLOGIA

B R E V I S,

*Ab Orbe condito, usque ad an-*  
*num Domini M. DC. XIII.*

ROBERTO CARD.

BELLARMINO,

*E Societate IESV Auctore.*



*Soc. IHSV*

*IHSV Paderb.*

*1652.*

COLONIAE AGRIPPINAE,

Sumptibus Bernardi Gualtheri.

ANNO M. DC. XIII.

*Cum gratia & privilegio Cas. Maiest. speciali*  
*ad Sexennium.*





ADMODVM  
REVERENDO ET  
EXIMIO VIRO,  
D. TILMANNO  
VOSMERO,

S. THEOL. LIC. INSIGNIS EC-  
clesiæ Colleg. ad Diuum GEREONEM  
Canonico, &c. Domino iugiter  
sibi obseruando.



AGNO prorsùs beneficio li-  
teratorum hominũ vniuer-  
sitatem deuincit sibi Ill. mus  
BELLARMINVS, cum La-  
conico stylo quinquies mil-  
le, quingentorum, & nona-  
ginta sex annorum historiam, ita nobis ante  
oculos proponit, vt vno quasi aspectu con-  
templari liceat DEI Opt. Max. in Mundi gu-  
bernatione prouidentiam, Pontificum vtri-  
usque Testamenti in plantandâ ac propagan-  
dâ Religione industriam; Gentilium ac Hæ-  
reticorum in eadem conuellendâ nequitiam,  
Tyrannorum in Fideles ferociã, Electorum  
in orthodoxo cultu constantiam: Regnorum  
euerfiones & conuersiones, Ciuitatum origi-  
nem & administrationẽ; Populorum discor-  
dias & confœderationes; Scriptorum fre-

\* 2

quen-

EPIST. DEDICAT.

quentiam & ætatem, Prodigijs insoletiam & atrocitatē: summam, per cuiusmodi temporum ac morum catastrophas Terrarum Orbis ad deplorandam hanc Quinquaginta sex propemodum Sæculorum senectutem deuenit.

Magno iterum beneficio me Typographum suum, vt quem in Germaniâ primum (nullo meo merito, fateor) voluit CHRONOLOGIAM hanc recentibus excultam typis in lucem emittere.

Sed nunquid propterea ingratum Amplissimo Cardinali faciam, si Tibi, Ad. m R. & eximie Domine, singulari titulo Illam nūcupa- uero? Imò verò ingratissimū, nisi Tibi prius, quàm alteri, qui probè meministi, quàm improbè aliquādo in simili concinnando opere eodē BELLARMINO tum Magistro tuo, Louanij laboraris. Age igitur, volumen accipe, inspice, lege, relege: sic & Cardinalis solertia Tibi solatio futura est, & Tua in me beneuolentia meam in Te obseruantiam mirificè confirmabit. Vale. Coloniae Agripp. Augustæ. Prid. Non. Septemb. M. DC. XIII.

*Ad. m R. de & eximia D. V. e*

*Obligatiss. us*

BERNARDVS GVALTHERVS,  
Ciuis & Bibliopola Coloniens.





CHRONOLOGIA

BREVIS,

AB ORBE CONDITO,

*usque ad annum Domini*

M. DC. XIII.

ROBERTI CARDIN.

BELLARMINI

*E Societate IESV.*




## C H R O N O L O G I Æ

Pars prior, ab anno Mundi 1.

ad 4055.

Anni Mūdi	Patriarchæ.	Monarchæ Assyrio- rum.
1	Adam vixit ann. 930	
130	Seth. 912	
235	Enos. 905	
325	Cainam. 910	
395	Malaleel. 825	
460	Iarer. 962	
622	Enoch. 365	
687	Mathufala. 969	
874	Lamech. 777	
1056	Noe. 950	
1556	Sem. 600	
1656	Diluvium durat ann. 1	
1658	Arphaxad. 338	
1693	Cainan. 568	
1723	Sale. 433	
1753	Heber. 464	





*Varia.*

Quæ dicuntur de Adam, & cæteris Patriarchis, habentur in Genesi cap. 5. & II. præterquam de Cainan filio Arphaxad: is enim non habetur in textu Hebræo, sed addidimus propter Lucæ auctoritatem ex interpretatione 70.

Porro annos Beli, & cæterorum Regum Assyriorum annotauimus ex Eusebio, nec enim apud alium antiquiorem habentur: tamen initium huius regni posuimus in loco altiore, quam fecerit Eusebius, tum ut esset locus Regibus Medorum, quos infra subiiciemus: tum etiam quia cum Belus sit Nembrot nepos Cham, & Ninus sic Assur nepos Noe, ut vult Augustin. lib. 16. Ciuitat. cap. 3. vel certe filius Nembrothi, non videretur credibile, eos non fuisse ante tempora Thare, qui fuit decimus a Noe.

4  
CHRONOLOGIÆ

Anni Mūdi	<i>Patriarcha.</i>	<i>Monarcha Assy- riorum.</i>
1787	Phalech. 239	
1791		Belus reg. ann. 65.
1817	Reu. 239	
1849	Sareg. 230	
1856		Ninus. 52
1879	Nachor. 148	
1908	Thare. 205	Semiramis. 42
1950		Zameis. 38
1978	Abraham. 175	
1988		Arius. 30
2018		Analius. 40
2058		Xerxes Balaneus. 30
2078	Iſaac. 180	
2088		Armametres. 38
2126	<i>Iudices Hebraorum.</i>	Belochus. 35
2138	Iacob. 147	
2161		Balaneus. 52
3221		Alradas. 32

2  
2  
8  
0  
0  
0  
38  
35  
52  
32



*Varia.*

Belum esse Nembrothum, qui Gen. 10. edificauit Babylonem; & Ninum esse Assur, qui Genes. 10. edificauit Niniuem probari potest tum ex eo quod Abydenus apud Eusebium lib. 9. præparat. Euangel. cap. ultimo, testatur Babylonem à Belo conditam: & constat Niniuem à Nino edificatam, de quo vide Diodorum lib. 2. cap. 1. tum etiam ex eo quod primus Rex Orbi terrarum cognitus iuxta Scripturas sacras est Nembroth, & iuxta profanas est Belus, ex quo non malè coniecimus. Nembrothum esse Belum. Mirum autem est cur Mercator Nembrothum velit esse Ninum, & tamen fateatur ante eum regnasse Belum, cum Scriptura apertè dicat, primum qui coepit esse potens in terra fuisse Nembrothum.

Ann. 20. Armametrus claruit Phoroneus legislator primus.

Anno 26. Belochi fuit diluuium Ogigis.

Anni Mūdi	Iudices Hebrao- rum.	Monarchia Assy- riorum.
2229	Ioseph. 110	
2245		Mamitus. 30
2275		Mancaleus. 30
2305		Iphareus. 20
2325		Mamylas. 30
2355		Sparetus. 40
2395		Afcades. 40
2403	Mofes. 110	
2435		Amyntas. 45
2480		Belothus. 25
2483	Mofes ducit Popu- lum annos. 40	
2505		Bellopares. 30
2523	Iofue. 26	
2535		Lamprides. 32
2549	Interregnum an. 10	
2559	Ochoniel Iudex annis 40	
2567		Sofares. 20





*Varia.*

Anno 32. Spareti Cecrops Athenas condidit.

Per idem tempus fuit diluuium Deucalionis.

Anno 6. Ascadis Isis venit in Ægyptum; & litteras docuit.

Anno 1. Belothi Cadmus floruit, qui litteras Græcas dicitur inuenisse.

Eodem anno rapta fuit Europa, ex qua nati sunt Minos, & Radamantus.

Pontificum Indæorum annos exacte descriptos non inuenimus: constat tamen à Mosis tempore vsque ad Macha-

Anni Mūdi	<i>Iudices Hebrao- rum.</i>	<i>Monarcha Assy- riorum.</i>
2587		Lamparos. 30
2599	Aoth. 80	
2617		Panias. 45
2662		Sofarmus. 19
2679	Barac, & Delbora. 40	
2681		Mitreus. 27
2708	Gedeon. 40	
2740		Tanteus. 40
2759	Abimelech. 3	
2762	Thola. 23	
2780		Thineus. 30
2785	Iair. 22	
2807	Iephte. 6	
2810		Dercilus. 40
2813	Abefan. 7	
2820	Aialon. 10	
2830	Abdon. 8	
2838	Sampson. 20	





*Varia.*

Machabæos fuisse hos : 1. Aaron. 2. Eleazarum. 3. Fi-  
 nees. 4. Heli. 5. Achitoph. 6. Abiathar. 7. Sadoch.  
 8. Achimas. 9. Azariam. 10. Azariam alium, qui pro-  
 hibuit Oziam adolere thus. 11. Vriam. 12. Sobnam  
 tempore Ezechix. 13. Eliachim tempore Manassæ.  
 14. Helciam tempore Iosix. 15. Sarcam occisum à Na-  
 buchodonosor. 16. Iosedech in captiuitate. 17. Ie-  
 sum filium Iosedech. 18. Ioacim. 19. Eliasib. 20. Ioa-  
 dam. 21. Iohannem. 22. Iaddum. 23. Oniam. 24. Si-  
 monem. 25. Eleazarum. 26. Manassem. 27. Oniam.  
 28. Simonem. 29. Oniam. 30. Alcimum. 31. Iudam  
 Machabæum. Hæc ex Chronologia Nicephori.

Hunc Aialon Septuaginta non habent.  
 Anno 2821. euerfa fuit Troia.

Anni Mūdi	<i>Iudices Hebrao- rum.</i>		<i>Monarcha Assy- riorum.</i>
2850			Eupales. 38
2858	Heli.	40	
2878	Samuel.	20	
2888			Laostenes. 45
	<i>Reges Hebrao- rum.</i>		
2898	Saul Rex.	20	
2919	Dauid.	40	
2933			Piriciades. 30
2959	Salomon.	40	
2963			Ophrateus. 20
2983			Ophratanes. 20
	<i>Reges Iu- da.</i>	<i>Reges Isra- el.</i>	
2999	Roboam. 17	Hierobōā. 22	
3016	Abia. 3		
3019	Afa. 41		
3021		Nadab. 2	
3023		Baafa. 24	

q̄ roborum secutus est Hilud junioris et in  
patre suo ducor est, inde rebellio et divisio regni.



PARS PRIOR.

*Varia.*


Aeneas in Latio regnat. In annis Heli includuntur etiam anni Sampsonis, ideo 70. Interpretes solum 20. annos adscribunt Heli.

Anni Samuel, & Saul in Scriptura veteri non habentur, sed Actor. 13. dicuntur fuisse 40.

Anno 2928. Carthago condita est.

Anni Mūdi	Reges Iuda.	Reges Israel.	Monarchæ Assyriorum.
3033			Ocrazapes. 41
3047		Hela. 2	
3048		Zambri. dieb. 7 Amri. anni 12	
3060	Iofaphat. 25	Achab. 22	
3074			Sardanapal <sup>o</sup> 20
3082		Ochozias. 2	
3083		Ioram. 12	
3085	Ioram. 5		
3090	Ochozias. 1 Athalia. 7	Iehu. 28	Reges Medo- rum.
3094			Arbaces. 28
3097	Ioas. 40		
3118		Ioachaz. 17	
3122			Mandanes. 50
3135		Ioas. 16	
3137	Amafias. 29		
3151		Hieroboam. 41	





*Varia.*

Monarchia Assyriorum vsque ad Sardanapalum stetit annis 1330. quamvis Eusebius dicat 1240. & Iustinus lib. 1. 1300. & Diodorus lib. 2. 1400. & Orosius lib. 1. 1160.

Destructa fuit à Medis, quorum annos describimus ex Cresiactidio, qui ex publicis Annalibus eos refert apud Diodorum lib. 2.

Annos Assyriorum, & Babyloniorum partim ex Scriptura, partim ex Beroso apud Iosephum lib. 1. contra Appionem petemus.

• 218076

Anni Mūdi	Reges Iu- da.	Reges Isra- el.	Reges Me- dorum.	Reges Af- syriorum.
3163				Phul. 48
3166	Azarias. 52. sed cū pa- tre ann. 12. folus 40			
3172			Sarfome- nes. an. 30	
192		Zacharias mens. 6 Sellū m. 9 Manaem ann. 10		
3202		Phaceas. 2	Artocar- mis. an. 50	
3204		Phacee. 20		
3206	Ioathā. 16			
3211				Teglath- phalassar. ann. 25
3222	Achaz. 16			
3224		Osce. 9		
3236	<del>Manasse.</del>			Salma- nassar. 9





*Varia.*

Assyrii rursus incipiunt in Niniue regnare, regnantibus nihilominus etiam Medis. Huius Phul mentio fit 4. Reg. 15.

Olympiades incipiunt anno 4. Ioathan, id est, anno mundi 3209. Nam constat, Cyrum regnare cœpisse Olympiade 55. ut Eusebius, & omnes alii docent: porro Cyrus regnare cœpit anno mundi 3425. non igitur recte Eusebius earum initium ponit anno 50. Azariae. Quod si initium regni Cyri ponatur anno 3547. Olympiades incipient anno 10. Achaz, mundi 3232.

Roma conditur anno 12. Achaz, mundi 3233.

Salmanasar transtulit decem tribus in captiuitatem. 4. Reg. 17. & Tob. 1.

Anni Mūdi	Reges Iu- da.	Reges Medo- rum.	Reges Assy- riorum.
3238	Ezechias. 29		
3245			Sennacherib. 7
3252		Arbianus, seu Cardiceas. 22	Affar-addon. 18
3267	Manasses. 55	Reges Medorum.	Reges Babylonis.
3270			Merodach Ba- ladan. 40
3274		Arteus, qui & Deioces. 53	
3310			Ben Merodach. ann. 21
3322	Amon. an. 2		
3324	Iofias. 31		
3327		Artibes, qui & Phraonthes. ann. 22	
3331			Nabulassar <sup>o</sup> . 29
3349		Artaban <sup>o</sup> , qui & Ciaxares. an. 40	
3355	Ioachaz. m. 3. Ioachim. ann. 11		






*Varia.*

Merodach Baladan regnabat in Babylone eo ipso tempore, quo Assar Addon in Niniue, vt patet ex 4. Reg. 19. & 20. Tamen posuimus eius initium hoc loco, quia post Assar Addon cœpit Merodach regnare etiam in Niniue, vnde non fit amplius mentio in scripturis Regum Assyriorum, sed solum Babyloniorum.

Hunc Merodach putamus esse eum, qui in libro Iudith dicitur Nabuchodonosor. Sicut etiam Arteum, seu Deiocem putamus esse Arphaxad, de quo ibidem agitur. Porro Deioeci dedimus 53. annos, quia hunc numerum notauit Herodotus lib. 1. vbi etiam dicit à Deioce ædificatam Ecbatanam, quod in libro Iudith tribuitur Arphaxad.

Ex numeris Regum Babyloniorum, qui habentur ex Beroso apud Iosephum libro 1. contra Appionem

Anni Mūdi	Reges Iuda.	Reges Medo- rum.	Reges Persa- rum.	Reges Baby- lonis.
3360				Nabuchodo- nolor magnus ann. 43
3366	Ioachim m. 3 Sedechias. II			
3377	CAPTIVITAS an. 70			
3389		Asty- ges. 38		
3430				Euilmero- dach. 22
3425			Cyrus 29.	Niriglissor ann. 4
3429				Laboro Sor- docus m. 9
3430				Balthasar, qui & Naboni- dus. 17
		<i>Duces Iudaorum.</i>	<i>Monarchia Persarum.</i>	
3447	Captiuitas solui- tur.		Cyrus cum Dario an. 1. solus ann. 7	
3448	Zorobabel.	32		



s  
3

2

4

9

ii

7

r.

7



*Varia.*

nem, solum mutauimus duos annos, quos tribuit Euilmerodacho Berofus in 22. annos: nam 4. Regum ultimo dicitur Euilmerodach regnare cœpisse anno 37. transmigrationis Regis Ioachim: ex quo tempore usque ad finem Regni Babylonici constat esse annos 44. qui tamen non colligerentur, nisi daremus Euilmerodacho 22. annos, credibile est esse errorem impressorum, præsertim cum omnes alii Chronologi dent ei 22. aut 23. annos.

Cyrum posuimus ante Babylonem euersam multis de causis. Primo, quia constat eum regnasse post Astyagem, translato ad Persas Medorum Imperio, vt habetur Danielis 13. & apud Herodotum lib. 1. Diodorum lib. 2. & Iustinum lib. 1. Secundo, quia Berofus apud Iosephum lib. 1. contra Appionem, & Herodot. lib. 1. Iustin. lib. 1. & alii dicunt, Cyrū post adeptum Imperium Asiæ tandem venisse contra Babylonem: non igitur incipit regnum Cyri post euersam Babylonem, sed antea cœpit. Tertio, quia Herodotus lib. 1. tribuit Cyro annos 29. Xenophon autem lib. vlt. Cyropediæ tribuit tantum septem, quorum vtrumque concordari potest, si dicamus, Cyrum regnasse in vniuersum annos 29.

sed

Anni Mūdi	Duces Iudao- rum.	Monarchia Per- sarum.
3455		Cambyles an. 7 mens. 6
3462		Magus cum fratre mens. 6
3463		Darius Idaspis. 36
3480	Refa. 46	
3499		Xerxes. 21
3520		Artabanus mens. 7
3521		Artaxerxes Longima- nus. 40
3530	Ioannes. 40	
3561		Xerxes alius. mens. 2 Sogdianus mens. 7
3562		Darius Nothus. 19
3570	Idas. 14	
3581		Artaxerxes Mnemon. 43
3584	Ioseph. 7	
3591	Semei. 11	
3602	Matathias. 12	
3614	Maat. 9	
3623	Nagge. 10	





*Varia.*

sed post adeptum imperium Babylonis annos septem. Quis igitur (inquies) est Darius Medus, qui regnavit anno vno post Balthassarem? Daniels. 6. & 9. dico cum esse Ciaxar. m Astyagis filium, cuius meminit Xenophon: tamen si enim Medus iam nihil erat, nisi Cyri præfectus quidam, aut Regulus, placuit tamen Cyro honorare illum titulo Regni Babylonici, quod consanguineus & senior esset. Vide Ioseph. lib. 10. antiquitat. cap. 12. & Hieronym. in Daniele.

Annos Regum Persarum descripsimus ex Diodoro lib. II. 13. & 17. item ex Herodoto libro 2. & 3. & ex Eusebio: sed ubi non conveniunt, Diodorum sequuti sumus.

Alexander Magnus anno septimo Regni sui Macedonici expugnavit Darium, & transtulit Monarchiam Persarum ad Græcos: deinde cum imperasset adhuc annos quinque, tandem mortuus est anno 33. ætatis, 12. Regni, & 6. Monarchiæ: post cuius obitum  
diuisa

Anni Mūdi	Duces Iu- daorum.	Monarchia Persa- rum.			
3624		Artaxerxes Ochus.			23
3633	Helli. 8				
3641	Nahum. 7				
3647		Arfes.			4
3648	Amos. 14				
3651		Darius.			6
		<i>Monarchia Græcorum.</i>			
3657		Alexander Magnus ann.			5
3662	Mathatias. ann. 10				
		Diuisio Monarchiæ in qua- tuor Regna.			
		<i>Reges Ma- cedonia.</i>	<i>Reges Ægypt.</i>	<i>Reges Syria.</i>	<i>Reges Asia.</i>
3663		Philippus Arride <sup>9</sup> . 7	Ptole- mæus Lagi <sup>40</sup>		
3668					Antigo- nus. 18
3670		Cassan- der. 19			





*Varia.*

diuisa est Monarchia in plures Reges. Vide Diodorum lib.17. & 18. & Iosephum lib.12. antiquitatum.

Sapientes Gentium, Orpheus, & Linus temporibus Iudicum dicuntur floruisse. Homerus tempore Salomonis Regis Hierusalem. Thales tempore Iosia Regis. Septem Sapientes ad finem captiuitatis. Æsopus eodem tempore. Pythagoras tempore Cyri. Herodorus tempore Xerxis. Socrates, Euclides, Xenophon, Pindarus, & Simonides tempore Artaxerxis. Plato, Isocrates, Demosthenes, Æschines, Aristoteles tempore Ochi, & successorum.

Theophrastus, Zeno Epicurus & Menander tempore Ptolemæi Lari.

Ann. Mūdi	Duces Iu- daorum.	Reges Ma- cedonia.	Reges Ægypt.	Reges Syria.	Reges Asia.
3672	Ioseph. 60				
3676				Seleuc <sup>o</sup> Nica- nor. 32	
3686					Deme- tri <sup>o</sup> . 17
3689		Antigon <sup>o</sup> , & Alexan- der. 4	Reges Æ- gypti.		
3693		Deme- trius. 6			
3699		Pyrrhus mens. 7			
3700		Lyfima- chus. 5			
3703				Ptolemeus Philadel- phus. 38	
3705		Ptolemeus Ceraun <sup>o</sup> . 1			
3706		Meleager, m. 2 Antipater, d. 45 Sosthenes, an. 2			





*Varia.*

A Seleuco numerant libri Machabæorum annos Græcorum. Eusebius.


Demetrius Rex Asiæ à Seleuco captus Imperio priuatur : ita remanent tres tantum Alexandri successores. Eusebius.

*Res Romana.*

Roma condita est 11. Kal. Maii. Plutarch. in Romulo, & Eutropius libro 1. Olympiade 7. anno 1. Solinus cap. 2. Clemens Alexandr. Strom. 1. Dionys. Halycarn. pagina 58. ex quo sequitur, conditam eam fuisse anno 12. Achaz, mundi 3233. nam Olympiades cœperunt anno 4. Ioathan, mundi 3209.

Anni Mūdi	Duces Iu- daorum.	Reges Ma- cedonia.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- ria.
3708		Antigon <sup>o</sup> , an. 36		Antiochus Sother. 19
3727				Antiochus Theos. 15
3732	Ioan. Hir- canus. 17			
3742			Ptolemæus Euergetes. ann. 26	Seleucus Gallini- cus an. 20
3744		Demetri <sup>o</sup> , an. 10		
3754	Inretre- gnū apud Iudæos.	Antigon <sup>o</sup> , an. 15		
3762				Seleucus Ceraunus an. 3
3765				Antiochus Magnus an. 36
3767			Ptolemæus Philopa- ter. an. 17	
3769		Philippus an. 42		





*Varia.*

Regnatum est Romæ annis 244. L. Iulius, & Dionysius Halycarnass. nimirum regnavit Romulus annos 37. interregnum fuit ann. 1. Numa Pompilius regnavit annos 43. Tullus Hostilius 32. Ancus Martius 24. L. Tarquinius Priscus 38. Servius Tullus 44. L. Tarquinius Superbus 25,


Consules cœperunt mundi 3478. Olympiad. 68. anno 15. Darii Idaspis. Duravit regimen consulare vsque ad Imperium Iulii Cæsaris annos 462.

Secessio plebis in sacrum montem, & creatio prima Tribunorum accidit anno 261. ab Vrbe condita, anno mundi 3495. Olymp. 72. Liu. lib. 2.

Magistratus Decemvirosum cœpit anno Urbis conditæ 303. duravit vix tres annos. Liu. lib. 3.

Anni Mūdi	Duces Iu- daorum.	Reges Ma- cedonia.	Reges Æ- gypti.	Reges Sy- ria.
3783			Ptoleme <sup>9</sup> Epiphanes ann. 24	
3801				Selencus Philopa- tor. an. 12
3806			Ptoloma <sup>9</sup> Philome- tor an. 35	
3811		Pertes. 10		
3813				Antiochus Epiphanes ann. 11
3821		Regnū Ma- cedoniae deficit.		
3822	Matathias an. 1			
3823	Iudas Ma- chabæus. 6			
3824				Antiochus Eupator. 2
3826				Deme- trius So- ter. 12





*Varia.*

Dictatorum prima creatio facta est anno Urbis 253.  
creato T. Latio. Liu. lib. 2.

Tribuni Militares Consulari potestate cœperunt  
anno Urbis 311. Roma capitur à Gallis anno Urbis 365.  
Dionys. lib. 1. Liu. lib. 5.

Bellum Romanorum cum Pyrrho Rege anno Urbis  
473. Liu. lib. 13.

Romani ingressi sunt mare, & primum bellum Pu-  
nicum gesserunt Olympiade 129 anno Urbis 489. mun-  
di 3723. Polybius libro 1. durat 22. annos. Eutropius  
lib. 3.

Initium secundi belli Punici fuit Olympiade 40.  
anno Urbis 537. mundi 3771. Polybius lib. 3. duravit  
ann. 17. Liu. lib. 30.

Bellum Romanorum cum Philippo Rege Macedo-  
niæ cœpit anno Urbis 554. mundi 3788. finitum est an-  
no 3821. capto Perse Rege à L. Æmilio Paulo. Vide Li-  
uium lib. 44. & 45.

Anni Mūdi	Duces Iudao- rum.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- ria.
3829	Ionathas, ann. 19		
3838			Alexander ann. 10
3840		Ptolemæus Euerget. 29	
3848	Simon. 8		Demetrius alius. 3
3851			Antiochus Se- deres. 9
3856	Ioannes Hir- canus. 26		
3860			Demetrius ite- rum. 4
3864			Antiochus Griphus, seu Tryphon. 12
3868		Ptolemæus Phifcon. 17	
3876			Antiochus Cizycenus, ann. 18





*Varia.*

Bellum Asiaticum feliciter confectum est à L. Scipione Africano Scipionis fratre cōtra Antiochum magnum Regem Syriæ anno Urbis 564. mundi 3298. vide Liu. lib. 37.

Bellum Punicum tertium cœpit anno Urbis 602. mundi 3836. finitum est intra quinquennium à Scipione Africano minore. Florus lib. 49. & 51. Eutropius lib. 4.


Bellum Numantinum anno Urbis 626.

Bellum Iugurthinum anno Urbis 643. mundi 3877. vide Sallustium. Bellum Cymbricum ante Iugurthinum cœpit, sed post Iugurthinum finitum est à C. Mario.

Antiochum hunc Pompeius Regno spoliavit. Appianus Alexandrinus in Syriacis.

Anni Mūdi	Reges Iudæo- rum.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- ria.
3882	Aristobolus. 1		
3883	Ianne <sup>9</sup> Alexā- derann. 27		
3884		Ptolemæus A- lexander. 10	
3894		Ptolemæus Phylconite- rum. 8	Philippus. 2
3902		Ptolemæus Dionysius. 30	Regnum Syriæ deficit.
3910	Alexandria ann. 9		
3919	Hircanus ann. 34		<i>Imperatores Romani.</i>
3932		Cleopatra. 22	
3937			Iulius Cæsar. 4
3941			Interregnum an. 1. & dimid.
3942			Octavianus Augustus cum Trium- viris ann. 12. solus 44. Sueton.





*Varia.*

Aristobulus primus post Regem Sedechiam, diadema sibi regium imposuit. Iosephus lib. 15. antiquit. cap. 18.

Philippo à Gabinio capto cessat Regnum Syriæ. Eusebius in Chronico.

Post mortem Alexandræ contendentibus filiis eius Aristobulo, & Hircano de Regno, Pompeius Iudæos tributarios fecit, & Aristobulum quidem Romam captum adduxit, Hircano Pontificatum confirmavit, procurationem Prouinciæ Antipatro tradidit, cuius filius Herodes postea ad Regnum peruenit. Iosephus lib. 14. antiquitat.

Anni Mūdi	Reges Iudao- rum.	Reges Ægy- pti.	Reges Sy- rie.
2953	Herodes Asca- lonita. 37	Regnum Æ- gypti deficit.	
3984			
3990	Archelaus. ann. 9		
3998	Herodes Anti- pas. an. 24		Tiberius ann. 22. m. 6. d. 26 Suct.
4013			
4016			
4022	Agrippa. 7		
4029	Aprippa Iu- nior. 26		
4055	Regnum Iu- dæorum de- ficit.		





Anni Dñi.	CHRISTVS.	Varia.
1	IESVS nasci- tur.	
7	Iesus redit ab Ægypto.	Hierusalem capta , & de- structa est anno 2. Vespasia- ni, 73. Christi, 4056. mundi: perierunt partim gladio, par- tim fame vndecies centena millia Iudæorum: & alia cen- rum millia capta, & vendita sunt. Iosephus, & Eusebius.
15		
31	Iesus baptiza- tur.	
34	Iesus moritur, & resurgit.	
39		
46		
72		


## C H R O N O L O G I Æ

Pars Altera; ab anno Domini i.

ad 1612.

Anni Dñi.	Pontifices.	Imperatores.	Scriptores.
0		Iulius Cæsar. ann. 4	
0		Augustus. ann. 56	
17		Tiberius ann. 22. mens. 6	
34	S. Petrus. ann. 35. mens. 3		
39	S. Petrus An- tiochiæ. 7	Caius ann. 3. mens. 10	S. Petrus. S. Paulus. S. Matthæus.
43		Claudius. ann. 13. mens. 8	S. Ioannes. S. Iacobus. S. Iudas.
44	S. Petrus Ro- man. 25		S. Marcus. S. Lucas.
57		Nero, ann. 13. mens. 7	Philo.





Heresiarchæ.	Varia.
	<p>Anno 42. Augusti inchoante nascitur Iesus Christus. Nam anno 15. Tiberii compleuerat Iesus ann. 30. Luc. 3. ergo ann. 1. Tiberii compleuerat Iesus ann. 15. ergo si demas ex annis Augusti quindecim annos, concurreret annus primus Christi cum anno 42. Augusti.</p>
<p><i>Simon magus primus heresiarcha existimauit de num Dei pecunia possideri, Act. 8. docuit præterea mundum non esse creatum à Deo: se esse Deum, qui in Samaria apparuit, ut Patrem, in Iudæa, ut Filium, in gentibus; ut Spiritum sanctum, non esse liberum arbitrium: non esse necessaria opera bona: Animus migrare de corpore in corpus. Vide Irenæum lib. 1. cap. 20.</i></p>	<p>Christus mortuus est, &amp; resurrexit, &amp; Petrum Ecclesiæ præfecit, anno suo 34. Scribit enim Beda lib. de ratione temporum cap. 45. Fidem Ecclesiæ habere, vixisse Christum in carne mortali paulo amplius triginta tribus annis.</p>
	<p>Concilium primū Hierosolymitanum sub S. Petro anno Domini 51.</p> <p>Persecutio 1. sub Nerone.</p>

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperato- res.	Scripto- res.
70	Linus. II	Galba m. 7. d. 25	Iosephus.
71		Otho. mens. 3 Vitellius. m. 8	
72		Vespasianus. an. 9. mens. 11	
81	Cletus. 12	Titus. ann. 2 mens. 2	
83		Domitianus. an. 15 mens. 15	Hermes.
93	Clemens. 9		Clemens.
99		Nerva. ann. 1 mens. 4	Ignatius. Polycarpus.
100		Traianus. ann. 19 mens. 6	Dionysius Areo- pagita.
103	Anacleus. an. 9. m. 3		
112	Euaristus. an. 9. m. 3		
120		Hadrianus. ann. 20. mens. 11	Aquila interpres Scripturæ.
121	Alexander. an. 10. m. 5		





*Heresiarcha.*

*Menander, Saturnius, Basilides, Discipuli Simonis. Iren. lib. 1. ca. 21. & 22.*

*Nicolaus unus ex septem primis Diaconis, docuit, licere fornicari. & vesci idolothitis. Ire. lib. 1. c. 27. Alij tamen existimant, Nicolaum Diaconum fuisse virum probum, sed Nicolaitas, qui arguuntur Apoc. 2. & qui ea docebat, fuisse hereticos, falso nomine Nicolaitas dictos. Vide Euseb. lib. 3. hist. c. 23.*

*Cerintus, & Ebion eius discipulus, Iesum esse purum hominem ex Iosepho, & Maria natum docuerunt. Iren. lib. 3. c. 3. & lib. 1. c. 25. & 26.*

*Varia.*

Eusebius in Chronico scribit, Neronem imperasse annis 14. m. 8. sed non ita est, imperavit enim annis 13. mens. 7. ex Suetonio, Dione, & aliis. Proinde S. Petrus non fuit crucifixus anno 14. Neronis, vt S. Hieronymus, Eusebium secutus scripsit in lib. de Scripturis Eccles. sed anno 13. alioqui martyrium S. Petri non contigisset die 29. Iunii, vt Ecclesia celebrat. Obiit enim Nero die 10. Iunii anni 14.

Anno 2. Vespasiani Hierusalem capitur, incenditur, evertitur, vt non remaneret in ea lapis super lapidem, iuxta predictionem Domini, Luc. 19.


Secunda persecutio sub Domitiano.

Domitianus, qui se Dominum, ac Deum haberi, & dici volebat, misere confoditur.

Persecutio tertia sub Traiano. Hic Traianus vir optimus existimatus est ab infidelibus, ita vt acclamarent no- uis Principibus, Augusto fe- licior, Traiano melior, Eu- tropio

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperato- res.	Scripto- res.
132	Sixtus. ann. 10 mens. 1		Iustinus.
140		Antoninus. an. 22. m. 8	Melito.
142	Telesphorus. an. 11. m. 9		Athenago- ras.
154	Hyginus. an. 4		Theophilus Antiochenus.
158	Pius. an. 9. m. 6		Egesippus.
163		M. Aurel. L. Verus. a. 19	Tatianus.
167	Anicetus. ann. 8. mens. 9		Irenæus.
175	Soter. 5		
179	Eleutherius. an. 15. d. 23		Hippolytus.
182		Commodus. an. 12. m. 9	
194	Victor. ann. 9 mens. 1		





## Heresiarcha.

*Chiliasa, qui docent, Santos regnatos mille annis post resurrectione cum Christo in terris; coeperunt tempore S. Ioannis per Papiam eius discipulum. Vide Euseb. lib. 3. hist. cap. 39.*

*Gnostici, auctore Carpocrate, secundum Iren. lib. 1. c. 24. vel Nicolao, secundum Epiph. hares. 26. vel Valentino, secundum Hieronym. in lib. de Script. Eccl. docuerunt, Animam esse de substantia Dei; Vnum esse Deum bonum, alterum malum, & alia id genus. Vide Augustin. haresi 6.*

*Carpocrates docuit, Iesum Christum ex Ioseph natum, mundum ab Angelis factum; nihil esse bonum, vel malum, nisi opinione hominum. Omnia opera esse exercenda, quantumuis pessima, & toties animam ad corpus, quasi ad carcerem redituram, donec expleat, iuxta illud: non exies inde, donec redas nouissimum quadrantem. Iren. lib. 1. c. 24.*

## Varia.

tropio teste, fuit tamen vino deditus, & puerorum amoribus, Dione teste, quæ illi vitia non agnoscebant, cum sint enormia, & contra naturam.


Persecutio quarta sub Antonino.

Hoc tempore quaestio de festo Pasche celebrando die Dominico, an cum Hebraeis decima quarta Luna, diu Ecclesiam vexauit.

Lucius Rex Britannorum ab Eleutherio Pontifice petit, & impetrat, qui eum cum sua gente Christianum faciant. Beda, Ado, & alii in Martyrologio, & Tertullianus lib. aduersus Iudæos cap. 7.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperato- res.	Scripto- res.
195		Pertinax. m. 3 Didius Iulia- nus. m. 2 Seuerus. an. 17 mens. 8	
203	Zepherinus. an. 18. d. 18		Tertullia- nus.
213		Antoninus Ca- racalla. an. 6 mens. 2	
219		Macrinus. an. 1 mens. 2	
220		M. Aurel. An- tonin. Helio- gabalus. ann. 3 mens. 9	Iulius Africa- nus.
221	Calpurnius. ann. 5 mens. 1		Minutius Fe- lix.
224		Alexander Se- uerus. an. 13	Origenes.
227	Vibianus. ann. 6 mens. 7		Ammonius Alexand.
233	Pontianus. ano. 5		Gregor. Tau- maturgus.





## Heresiarcha.

Caiani inde dicti sunt, quod Cainum, Iudam, Sodomitas, Chore, Dathan, & Abiron, saluatos esse dicunt: negant carnis resurrectionem. Iren. lib. 1. c. 35.

Valentinus innumeras fabulas inuenit: de quo vide Iren. lib. 1. c. 1.

Marcion duo principia posuit, vnum bonum, alterum malum. Iren. lib. 1. c. 29.

Hermogenes posuit materiam Deo coeternam; & in Deo vnam tantum esse personam. Tertull. lib. contra Hermogenem.

Montanus Phryx, vnde Cataphryga, asseruit se Paraclitum esse, & plurimos seduxit, inter quos ipsum etiam Tertullianum. Epiph. haeresi 48. Aug. haeresi 26. & 86.

Origenes ex Philosophia Platonis deceptus, multa docuit contra fidei veritatem, praesertim de inaequalitate diuinarum personarum; de origine animarum; de resurrectione corporum; de saluatione demonum. vide Epiph. haeresi 46. & Hieron. ad Auitum, & ad Pammachium, de erroribus Origenis, & quintam Synodum generalem.


## Varia.

Quinta persecutio sub Seuero; qui annis fere decem Christianos pacem habere permisit, sed postea crudeliter occidi mandauit.

Heliogabalus, & Seuerus adulescentes consobrini, vnus post alterum Imperium rexerunt, illo nihil turpius, & nequius: isto nihil iustius & sanctius, si fides ei Christi non defuisset. Vbi que scribi iubebat, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperato- res.	Scripto- res.
237		Maximus. an. 3	
238	Anterus. an. 1		
239	Fabianus. an. 14		
240		Maximus, & Balbinus. an. 1	
241		Gordian <sup>o</sup> . an. 5	
246		Filippus. an. 6	Cornelius. Cyprianus.
253		Decius ann. 1. mens. 3	Pontius Dia- conus.
254	Cornelius. ann. 2	Gallus, & Vo- lusianus. an. 3	Dionysius A- lexandrinus.
255	Lucius. ann. 1 mens. 8		
257	Stephanus. an. 3. mens. 3	Valerianus, & Gallienus. an. 8	
260	Sixtus II. an. 1		Zeno.
261	Dionysius. an. II. mens. 3		Victorinus Pi- ctabionensis.
263		Gallienus So- lus. ann. 7	





*Heresiarcha.*

*Helcheseita* docebant, licitum esse fidem ore negare, modo in corde reneretur. Vide Euseb. lib. 6. hist. c. 28.

Rebaptizantes in Africa, Agrippino, qui S. Cyprianum in Episcopatu Carthaginiensi precessit, auctore exorti sunt; docuerunt baptizatos ab hereticis iterum esse in Ecclesia baptizandos: & quamuis Agrippinus, & S. Cyprianus heretici appellari non possint, cum Ecclesia communionem nunquam reliquerint: tamen posteri eorum Donatista, qui pertinaciter anabaptismum defenderunt, merito heretici habiti sunt. Vide S. Augustin. lib. 2. de baptismo contra Donatistas.

Novatiani à Novatiano presbytero Romano, & à Novato presbyti. Carthaginiensi dicti sunt: docuerunt non esse in Ecclesia potestatem remittendi peccata post baptismum commissa: neque esse baptizatos sacro chrismate confirmandos: & secundas nuptias esse illicitas. Vide Epiphani. heres. 59. & August. heres. 38.

Sabellius Noeri discipulus, docuit Patrem, & Filium, & Spiritum S. esse unam personam, sed nomina tria. Epiphani. heresi 57.

*Varia.*

Sexta persecutio sub Maximino.

Fabianus descensu columbæ cœlitus missæ declaratus fuit à Deo Pontifex futurus. Euseb. lib. 6. hist. c. 22.

Septima persecutio sub Deio Imp. quam continuarunt Gallus & Volusianus.

Primum schisma in Romana Ecclesia Novatiani Antipapæ cōtra Cornelium.

Gothi Rom. Imperium infestare incipiunt.

Octava persecutio sub Valeriano, quem Sapores rex Persarum à se captum vilissime habuit, ut etiam dorsum eius calcaret, cum equum ascendere vellet.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperato- res.	Scripto- res.
269		Claudius. an. 3	
271		Aurelianus. an. 6	
273	Felix. an. 2. m. 5		
275	Eusychianus. an. 8. m. 6. d. 4		
278		Tacitus. m. 6 Florianus. m. 2	
279		Probus. an. 5	
284	Caius. ann. 12 mens. 4	Carus cum fi- liis Carino, & Numeria- no. an. 2	Arnobius A- fer.
285		Diocletianus, & Maximia- nus. an. 20	Lactantius Firmianus.
297	Marcellinus. ann. 8		Eusebius Cæ- sariensis.
304	Marcellus. an. 5. m. 1. d. 25	Constantius & Galerius. an. 3	Methodius Martyr.
306		Constantinus Magnus. an. 31	Iuuenius Pres- byter.





*Hæresiarcha.*

*Varia.*

*Paulus Samosatenus Epi-  
scopus affirmavit, Christum  
non esse Deum, sed hominem  
tantum. Circumcisionem  
servandam; non baptizan-  
dum in nomine trium per-  
sonarum diuinarum. Epiph.  
hæres. 81. Aug. hæres. 44.*

*Manes, siue Manichæus  
an. 4 Aureliani agnosci ce-  
pit; docuit, duo esse princi-  
pia coeterna, unum bonum,  
alterum malum; nihil esse  
vere spirituale, sed omnia  
esse corporalia; hominē non  
esse liberi arbitrij, & omniū  
peccatorum causam esse na-  
turam mali principij. Ma-  
nichæum esse Spiritum san-  
ctum Paracletū, quē Chri-  
stus promisit; carnem & vi-  
num esse res immundas na-  
tura sua; & ideo ab iis abs-  
tinendum esse; Animas mi-  
grare de corpore in corpora.  
Vetus Testamentum esse à  
malo principio, & ideo rej-  
ciendum. Vide Epiphanium  
hæres. 66. & Augustinum  
hæres. 46.*

Nona persecutio sub Au-  
reliano, vel eius Præfectis.

Probus Imperator fortif-  
simus à Chroco Rege Ale-  
manorum Gallias liberat,  
cæcis quadringētis millibus  
hostium, Vopiscus, & tunc  
simul Ecclesia Gallicana  
post longas persecutiones  
aliquantulum requieuit.  
Greg. Turon. lib. 1. cap. 32.


Carus Imperator, quāuis  
Ethnicus, Ecclesiam Thes-  
salonicensem à tributis im-  
munem facit. 1. 8. C. de sa-  
crofanctis Ecclesiis.

Dioclerianus Curino de-  
uicto, Maximianū collegā  
assumit an. Imperii tertio.

Decima persecutio sæuis-  
sima sub Diocletiano, &  
Maximiano, qui nihilomi-  
nus cum non possent præ-  
ualere, deposuerunt Impe-  
rium, tradentes illud Con-  
stantio, & Galerio. Galerius  
Maximinū & Licinium Im-  
peratores fecit: & Romæ  
Maxentius, Maximiani fi-  
lius, Imperium assumpsit:  
sed

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperato- res.	Scripto- res.
309	Eusebius. an. 2 mens. 7		Antonius Ab- bas.
311	Miltiades. an. 2. mens. 2		Pachomius. Macharius. Oresiesis.
314	Syluester. ann. 21. mens. 10		
325			Athanasius.
336	Marcus. m. 8		Serapion.
337	Julius. ann. 15 mens. 5	Constantinus Iunior. an. 4 Constās. an. 13 Constantius. an. 24	Iuli <sup>9</sup> Firmicus. Lucifer. C. Harius. Victorinus. Hilarius.
352	Liberius. an. 15 mens. 4		Greg. Beticus. Sebadius. Pacianus. Didymus.
358	Felix II. ann. 1 m. 3. viunte Liberio.		Optatus. Titus Bostren. Cyrillus. Hierosol. Ephrem. Basilus.
361		Julianus. ann. 1 mens. 9	





## Heresiarcha.

Donatus initio schisma fecit, postea  
heresim condidit; docuit rebaptizan-  
dos baptizatos ab hereticis. In sola  
Africa, & in sola parte Donati esse  
Ecclesiam. Augustin. heres. 69.

Arius Presbyter Alexandrinus do-  
cuit, Filium Dei esse creaturam, non  
esse coeternum Patri; non esse coessen-  
tialem Patri; Christum hominem non  
habere animam, sed eius loco esse Ver-  
bum. Epiphan. heresi 69. Augustinus  
heresi 49. Theodoretus lib. 4. de fabu-  
lis hereticorum.

Photinus Sirmiensis Episcopus do-  
cuit, Christum non esse Deum, sed pu-  
rum hominem. Deum non esse trinum.  
Epiphan. heresi 71.

Macedonius Episcopus Constanti-  
nopolitanus docuit, Filium quidem  
Dei esse Patri per omnia similem, sed  
Spiritum non esse creaturam. Epiphan.  
heresi 78. Augustin. heresi 52.

Aetius, & Eunomius eius disci-  
pulus docuerunt, Filium Dei esse omni-  
no

## Varia.

sed breui omni-  
bus extinctis,  
solus Constan-  
tinus feliciter  
totum orbem  
Romanum diu  
tenuit.


Conciliū ge-  
nerale primum  
Nicææ habitū  
318. Episcopo-  
rum, in quo A-  
rius damnatus  
fuit.


Persecutio XI.  
sub Constantio  
Ariano.

Schisma secū-  
dum Felicis cū  
Liberio: sed v-  
terque aliquo  
tempore legiti-  
mus fuit.

Persequutio  
XII. sub Iulia-  
no, atrox, sed  
breuis.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperato- res.	Imperator. Orient.	Scripto- res.
364		Iouianus, m. 7. d. 20		Greg. Na- zianz. Andreas Cæsarienf. Epiphan. Philo Car- pathius. Ambros. Mediol. Philastri <sup>o</sup> . Idacius. Gregorius Nyssenus. Amphilo- chius. Hierony- mus. Theophi- lus Ale- xand.
		<i>Imperatores Occident.</i>		
364		Valenti- nianus, an. 12	Valens, an. 25	
367	Damasus, an. 17. m. 3			
375		Gratianus, an. 8. & Va- lentinia- nus Iunior, ann. 17		
379			Theodo- sius, an. 17	Dorothe- us. Diadoch <sup>o</sup> . Ruffinus.
381				
385	Syricius, an. 13. m. 1			
395		Honori- us, an. 28 mens. 5	Arca- di- us, an. 13 mens. 3	





## Heresiarcha.

no dissimilem Patri. Spiritum sanctum esse creaturam Filij. Opera non esse necessaria, sed fidem solam sufficere ad salutem. Basilius lib. I. & 2. in Eunze-  
mium. August. heresi 54.

Aerius, quia Episcopatum obtine-  
re non potuit, docere coepit, Episcopos,  
& Presbyteros esse omnino aequales: ad-  
didit, non esse orationes, & sacrificia  
offerenda pro defunctis: non esse seruan-  
da ieiunia, & festa ab Ecclesia indicta.  
Epiphanius heresi 75. Augustinus ha-  
resi 53.

Apollinarius Laodicenus Gram-  
maticus & Poeta melior, quam Theo-  
logus, docuit, Verbum Dei accepisse  
carnem humanam sine anima ratio-  
nali: diuinas personas esse inaequales,  
magnum videlicet esse Spiritum san-  
ctum, maiorem Filium, maximum  
Patrem. Epiphanius heresi 77. Aug.  
heresi 55.

Vadius, Anthropomorphitarum au-  
ctor, docuit Deum habere formam hu-  
manam. Epiphanius heresi 70.


## Varia.


Persecutio XIII.  
sub Valente A-  
riano,

Schisma III.  
Vrsicini contra  
Damasum.

Secunda Syno-  
dus generalis,  
prima Constan-  
tinopolitana, cō-  
tra Macedoniū,  
& alios negan-  
tes diuinitatem  
Spiritus sancti.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperator. Occident.	Imperatores Orient.	Scripto- res.
398	Anastafius. an. 4. m. 1			Palladius. Gaudētius. Prudētius. Chromat. Io. Chryso- ftomus.
402	Innocen- tius. an. 15 menf. 1			Seuerian <sup>o</sup> . Augustin <sup>o</sup> . Maximus. Anfonius. Synefius. Paulinus. Sulpitius. Lucianus. Orofius. Sedulius. Cyrillus. Alexand. Theodor. Proclus. Eucherius. Claudian <sup>o</sup> . Sidonius. Io. Caffia- nus. Vincentius Lirinenf. Socrates.
408			Theodo- fius Iunior ann. 43	
417	Zozimus. an. 1. m. 4			
419	Bonifacius an. 4. m. 10			
424	Celeftinus. an. 8. m. 5			
425		Valenti- nianus III. an. 30		
432	Sixtus III. an. 7. m. 11			
440	Leo Ma- gnus. an. 20 menf. 11			
451			Marcianus an. 6. m. 6	





## Heresiarchæ.

Heluidius docuit, B. Virginem post Christi natiuitatem habuisse ex Ioseph alios filios. Hieron. contra Heluidium.

Priscillianus docuit, animas esse eiusdem substantia cum Deo; mundum creatum à Principe maligno, & alia multa stultissima. Augustin. heresi 70.

Iouinianus docuit, peccata esse paria, premia Sanctorum esse equalia, virginitatem non prestare coniugio; & alia. August. heresi 82.

Vigilantius docuit, non esse honorandas reliquias Sanctorum, inanem esse inuocationem Sanctorum. Hieronym. contra Vigilant.

Pelagius Brito Monachus anno Domini 415. coepit docere, peccatum originale non esse in hominibus: sine Dei gratia posse impleri omnia mandata, & alia. Augustinus heresi 88.

Nestorius Episcopus Constantino- politanus anno 430. coepit docere, B. Vir-

## Varia.

Circa hæc tempora S. Augustinus instituit Ordinem Clericorū Regularium; qui simul cū seipso vitam communem agebant.

Anno 410. Roma capta est ab Alarico Rege, anno 1102 ab eius cōditione.

Schisma IV. Eulalii contra Bonifacium.

Hoc tempore conditur ciuitas Venetiarum. Anno Domini 421.

Tertia Synodus generalis habetur Ephesi: anno Domini 431. contra Nestorium.

Attila Rex Hunnorum flagellat Italiam.

Anni Dñi.	Pontif- ces.	Imperatores Occident.	Imperatores Orient.	Scripto- res.
455		Maximus. mens. 3 Auitus. m. 10		Sozomen <sup>o</sup> . Nilus. Simeon Srilita. Hilarius Arelatenf. Prosper. Petrus Chryso- logus.
457		Maioresanus an. 4	Leo. an. 18	
461	Hilarius. an. 6. m. 10	Seuerus. an. 5		
461		Anthemio <sup>o</sup> . an. 6		
468	Simplici <sup>o</sup> an. 15. m. 5			Isidor <sup>o</sup> Pe- lusiotes. Arnobius Iunior. Theodor <sup>o</sup> . Saluianus. Salonius. Faustus. Æneas Ga- zæus. Victor Vri- centis. Cerealis. Genna- dius.
473		Olibrius. mens. 7		
474		Glycerius. ann. 1	Zeno. ann. 18	
475		Iulius ne- pos mēses paucos. Momyllus Augustu- lus. m. 10		





## Heresiarchæ.

## Varia.

B. Virginem non esse matrem Dei, & in Christo duas esse personas, alteram diuinam, alteram humanam. Theodor. libro 4. de fabulis hereticor. & Prosper in Chronico.

Eutyches Abbas, ut Nestorio contradiceret, docuit, in Christo unã esse personam, & unam naturam. Euagr. lib. 1. cap. 9. & libr. 2. c. 4. Atq; hæc dua hæreses usq; in nostra tempora durant in partibus Orientis.

Pacificantes dicti sunt, qui auctore Zennone Imperatore, unionem quandã facere volebant inter Catholicos, & Euychianos. vide Euagrium lib. 3, cap. 14. & 30.

Quarta Synodus generalis habetur Chalcedone anno 451. contra Eutychem, & Dioscorum.

Vesuuus mons Campaniæ, qui anno primo Titi Imp. ingentem copiam minutissimi pulueris euomuerat, teste Sueton. & aliis: iterum hoc tempore, anno 471. ita immensam copiam euomit, ut totam fere Europam obtenebraret. Marcellinus. & alii, & non diu postea tempore Theodorici Regis Italiæ idem accidit: quam eruptionem pulchre describit Cassiodorus lib. 4. variarum, epistola 50.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Imperatores Occident.	Imperatores Orient.	Scripto- res.
476		Odoacer Rex Italiae. an. 16	Basiliscus occupat im- perium, & tenet annis fere duob <sup>9</sup> , deinde ite- rum impe- rat Zeno.	Iulianus Pomerius. Gilda Sa- piens. Gelasius Cizenius.
483	Felix III. an. 9			
491			Anastasius an. 27. m. 3	
492	Gelasius. an. 4. m. 8			Cæsarius Arelatenf.
493		Theodori- cus Gothus an. 34		Paschasius Diaconus. Vigilius. Fulgētius. Petrus Dia- conus. Ferrandus Diaconus.
497	Anastasi <sup>9</sup> II. an. 2			
499	Symma- chus an. 15 mens. 8			
514	Hormif- da. ann. 9			Io. Maxen- tius. Auitus Al- chimus.





*Heresiarcha.*

*Petrus Gnaphaus Episcopus Antiochenus ad errores Eutyche-  
tis addidit, ut in  
trifagio poneretur  
crux, videlicet Sanct.  
Deus, Sanctus fortis,  
Sanctus & immortalis,  
qui crucifixus es pro  
nobis, ex quo videbatur  
sentire, totam  
Trinitatem fuisse  
crucifixam. Vide Io.  
Damascentum lib. 3. de  
Fide, cap. 10. & in  
epist. de trifagio; &  
epist. Felicis PP. III.*

*Varia.*

In Augustulo defecit Imperium Occidentale, ut in Augusto cepit. Iulius enim Cæsar Dictator perpetuus fuit, non proprie Imperator, quamvis re ipsa imperaret.

Odoacer etiam, & Theodoricus non Imperatores, sed Reges Italiae dici voluerunt.

Hoc tempore Persecutio Vandalica in Africa Catholicos crudeliter vexabat.

Hoc eodem tempore Imperator Anastasius Eutychianus hæreticus erat. Reges Italiae, Hispaniae, & Africae Ariani. Reges Francorum, Anglorum, Germanorum Pagani: & tamen Christiana Ecclesia destrui non potuit, quia fundata est super petram, & portæ inferi aduersus eam non præualebunt.

Schisma quintum Laurentii contra Symmachum.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Reges Ita- lia.	Imperator. Graci.	Scripto- res.
518			Iustinus, an. 9. m. 2	
524	Ioannes, an. 2. m. 9			Victor A- fricanus.
526	Felix IV. an. 4. m. 2	Athalarī- cus, an. 9		Boetius. Dionysius exiguus.
527			Iustinia- nus, an. 38	Cassiodo- rus. Victor Ca- puanus.
530	Bonifac. II. an. 1. d. 2			Iustus Or- gelitanus.
532	Ioannes II. an. 3			Anastafius Sinaita.
534		Theoda- tus, an. 3		Arator Subdiac.
535	Agapitus, an. 2			Iunilius. Primafius.
537	Syluarius, an. 3	Vitigis, an. 4		Marcinus Bracarenf.
540	Vigilius, an. 15			Procopius Gazaus.





Heresiarcha.

Varia.

Ordo Monachorum sancti Benedicti hoc tempore incipit.

Theodoricus Rex Arianus: sed alioqui prudens, & Ecclesiæ Romanæ, & summi Pontificis multum honoris deferens, & ideo feliciter regnans, ubi Ioannem Pontificem in carcerem cōiecit, & Symmachum ac Boetiū interfecit, eodem anno miserimè cum Regno vitam amisit.

Bonifacius II. successorem sibi elegit Vigilium, sed cassavit paulo post electionem illam, quam sentiebat omnibus displicere.

Schisma VI. Dioscori contra Bonifacium II.

Schisma VII. per Vigilium contra Syluerium.

Vigilius, qui corruptus ambitione schisma fecerat, & multa male promiserat Augustæ,  
 mox

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Reges Ita- lia.	Imperato- res Græci.	Scripto- res.
541		Theodo- bald. an. 1 Araricus. m. 3		Ioannes Climacus.
542		Totila. an. 10		Dacius Me diolanens.
553		Theias. an. 1		Liberatus Archid.
554		Narfes Eu- nuchus. ann. 17		Venantius Fortuna- rus.
555	Pelagius, ann. 4. m. 10			Euagrius histori- cus.
560	Ioannes III. an. 13			
566			Iustinus Iunior. an. 16. mens. 9	
568		Alboinus, an. 3. m. 6		
570		Clephis Daphom. an. 1. m. 5		





*Hæresiarcha.**Varia.*

*Julius Halycar-  
nassæus auctor eo-  
rum, qui docuerūt,  
Christi corpus à  
conceptione impas-  
sibile. Vide Ioan.  
Damasc. in libr. de  
hæresibus, & Eua-  
grium lib. 4. cap. 38.  
& 39.*

mox vt legitimus Pontifex esse  
cœpit, à Deo mutatus constan-  
tissime restitit Augustæ, & pro fi-  
de Catholica fortissime dimica-  
uit.

*Quinta Synodus generalis Con-  
stantinopolitana secunda.*

Post Theiam nullus amplius  
fuit Rex Gothorum in Italia: sed  
Narses titulo Ducis eam rexit: sed  
paulo post irritatus ab vxore Iu-  
stiniani, Longobardos in Italiam  
vocauit.

*Agnoita aucto-  
re Themistio Dia-  
cono Timothei A-  
lexandrini Episco-  
pi, ad errores Eu-  
rychetis, & Dio-  
scori addiderunt,  
Christum ignora-  
re diem iudicij. Vi-  
de Ioan. Damasc.  
in*

Alboinus Rex Longobardorū,  
regnare cœpit in Italia anno 568.  
sed breui occisus fuit, vt etiã eius  
successor Clephis: deinde per an-  
nos decem Rege caruerunt Lon-  
gobardi, & Duces multi Provin-  
cias sibi diuiserunt, donec iterum  
Autaris

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Reges Ita- lia.	Imperato- res.	Scripto- res.
573	Benedictus an. 4. m. 1			
578	Pelagius II. an. 12 mens. 3			
582			Tiberius, an. 5	
585		Antaris Flavius, 7		
586			Mauritius an. 17	S. Gregor. Turoni- cus.
590	Gregorius, an. 13. m. 6 d. 9			S. Gregor. Papa. Isichius Hieroso- lymitan.
591		Agilulph <sup>o</sup> , an. 25		
603			Phocas, n. 8	
605	Sabinianus m. 5. d. 19			
606	Bonifacius II. men. 8 d. 23			





## Hæresiarchæ.

## Varia.

*in lib. de hæresib.  
& Liberatum in  
Breviar. c. 19.*

Autaris Rex electus est: cæterum Longobardi nunquam tota Italia potiti sunt: semper enim partem Italiæ cum ipsa Vrbe Imperatores Græci per Exarchos tenuerunt.

*Iacobus Syrus  
docuit, candenti  
ferro inurendam  
frontem baptiza-  
torum. Nicephor.  
lib. 18. c. 45.*

Anno 589. inundatio Tyberis maxima, quam sequuta est pestis grauiissima.

S. Gregorius Papa, missis in Angliam sanctis Monachis, Augustino, & sociis, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, magnam partem Angli Saxonum à Paganismo ad fidem Christi conuertit, merito à Beda vocatus Apostolus Anglorum.

*Io. Philoponus  
tritheitarum au-  
tor fuit, qui tres  
personas diuinas,  
tres Deos esse vo-  
lunt. Nicephorus  
lib. 18. cap. 40. &  
48.*

Sub hoc Pontifice templum Agrippæ, quod Pantheon dicebatur, conse-

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Reges Ita- lia.	Imperato- res.	Scripto- res.
607	Bonifacius IV. ann. 8. m. 6. d. 13			
610			Heracius an. 31	
615	Deusdedit an. 3			
616		Adaluual- dus. an. 10		
618	Bonifac. V. ann. 7. m. 10. d. 25			
626	Honorius, an. 12. m. 5	Arioualdus hæreticus Arianus, an. 12		Sophro- nius.
639	Seuerinus, mens. 11	Rotaris, an. 10		Ioannes Moschus.
640	Ioannes IV. ann. 1 mens. 9			Leontius. Ionas.
641	Theodo- rus, ann. 7 mens. 5		Constans. an. 27	Antio- chus. S. Isido- rus.





*Heresiarcha.*

*Armeni sequeban-  
tur errores Eutychia-  
norum, & multa ad-  
debant. vide Nicepho-  
rum libro 18. cap. 33.*

*Niconem de erroribus  
Armenorū, & Theo-  
riani disputationem,  
tom. 3. & 4. Bibliotheca  
Patrum.*

*Monothelita à Cyro  
Episcopo Alexandri-  
no, & Sergio Constan-  
tinopolitano originem  
ducūt, initium huius  
hæresis fuit ann. 630.  
doctrina eorum erat,  
in Christo unam tan-  
tum fuisse volunta-  
tem, & unam opera-  
tionem: ex quo seque-  
batur, unam tantum  
fuisse naturam. vide  
Ioan. Damasc. in lib.  
de hæresibus.*

*Varia.*

consecratum fuit B. Mariæ Vir-  
gini, & omnibus sanctis Marty-  
ribus, Romæ, Phoca Imperato-  
re consentiente.

Heraclius, dum Catholicus  
esset, à Deo protectus, Persas  
magnis cladibus affecit, & li-  
gnum sanctæ Crucis recupera-  
uit; sed postea hæreticus Mo-  
nothelita factus, imbellis & in-  
glorius infelicissimo exitu pe-  
riit.

Mahometes pestis orbis ter-  
rarum hoc tempore sectam su-  
am inchoavit, & anno Domini  
629. Regnum Saracenorum oc-  
cupavit.

Honorius Papa accusatur à  
Græcis, quod fauerit Monothe-  
litis: sed egregie defenditur à  
S. Maximo Græco, auctore il-  
lius temporis, & Martyre.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Reges Ita- lia.	Imperato- res.	Scripto- res.
649	Martinus, an. 6. m. 3 d. 12			S. Eligius. Berengon- sius.
654	Eugenius, m. 6. d. 23	Rodoal- dus, an. 5		Esaias Ab- bas. S. Maxim <sup>o</sup> Martyr.
655	Vitalianus an 14. m. 5			S. Ilde- phonfus.
660		Aripertus, an. 2		
662		Gundiper- tus, an. 1		
663		Grimoal- dus, an. 9		
668			Constan- tinus Po- gonatus, an. 17	
669	Adeodatus an. 7. m. 2			
673		Garibal- dus, m. 3 Pertari- thus, an. 17		

abstraf  
.  
b-  
m<sup>o</sup>  
.  
s.



*Hæresiarcha.*

*Varia.*

Ab hoc anno Regnum Franco-  
rum per magistros domus governa-  
ri cœpit, solo fere nomine Regibus  
relictis: quod genus regiminis con-  
tinuatum est usque ad Pipinum, id  
est, usque ad annum Domini 750.  
Sigeberrus, & alii.

Sub Adeodato Pontifice, ac de eius  
licentia Veneti Ducem eligere inci-  
piunt. Petrus Iustinianus lib. i. hist.  
Venet.

Anni Dñi.	Pontifi- ces.	Reges Ita- lia.	Imperato- res.	Scripto- res.
676	Donus, an. i. mens. 5			
678	Agatho, ann. 4			
680				S. Iulianus Toletanus.
682	Vacat Se- des.			
683	Leo II. m. io. d. 8			
684	Benedictus II. an. 1			
685	Ioannes V. an. i. d. 11		Iustinia- nus Junior ann. 10	
687	Conon. m. ii. d. 23			Anastafius Nicænus.
688	Sergius, an. 13. m. 8			
691		Cuniper- tus Catho- licus & Pius, ann. 12.		





Heresiar-  
cha.

Variæ.

Hoc anno Cometa tribus mensibus  
arsit, & tribus annis sequentibus non  
pluit.

Sexta Synodus generalis Constanti-  
nopolitana tertia, contra Monothelitas.

Anno 608. post eclipsim lunæ, graui-  
sima pestis grassari cœpit in Vrbe, quæ  
nō cessauit, nisi altari S. Sebastiano Mar-  
tyri erecto in Ecclesia S. Petri ad Vincu-  
la. Paulus Diaconus.

S. Kilianus Monachus Hybernus per  
